Servasanctus <Tuscus de Faenza>: Sermones de tempore et de sanctis cum communi sanctorum
Reutlingen: [Johann Otmar], 1485 Seite 104



ſeipſis. ergo ſm̄ euangeliū teſtimoniū eorū non eſt verū. ſed forte dices. Ieiunijs inſiſtunt. aquā ſepe bibūt. carnē nō comedūt. Sed audi ſtulte. neſcis ꝙ añ diluuiū om̄es homīes ieiunabant nō niſi poſt veſperā comedebāt. ⁊ tn̄ nō carnes vllas vinū vllū q̄ꝛ nondū vua erat. ſed ſola glande ieiuniū ſuū ſoluebāt. q̄ꝛ panē tunc temporis non habebāt. ⁊ tn̄ ex hoc nō iuſti fuerūt ſed om̄es ī diluuio perierūt. Non ergo de fide credendū eſt exteriori vite ſed ſacre ſcripture. Audi ergo quō miſeri nō ſequunt̄ viam apl'i. Nunquid apl'us ſpm̄ ſanctū habebat. ⁊ tn̄ ipſe dic̄ ad Galla. ij. ꝙ poſtq̄ȝ iam. xiiij. annos euangeliū p̄dicauerat aſcendit hieroſolimā vt cū apl'is euangeliū cōferret. ne forte in vacuū curreret aut curriſſet. ergo ſi tantus apl'us tāta ſapiā preditꝯ ad apl'os aſcēdit vt cum eis euangelium cōferret. quō tu confidis in illis qui nullam ſciam habēt ⁊ in cauernis latent et docent. Qui inquit dominꝯ male agit odit lucem ⁊ non venit ad lucē vt non arguantur oꝑa eius. ¶ F

Quinto currūt iuſti vt exonerati et ſuccincti et accelerati. nam curſor bonus debet eſſe exoneratus per paupꝑtatē voluntariam ꝯtra pondus terrenitatis. debꝫ eē ſuccinctus. per carnis continentiā contra fluxū vanitatis. debet eſſe acceleratꝯ per feſtinātiam ꝯtra tedium tarditatis. Dico ꝙ bonus curſor volens ꝑuenire ad brauium debet omne terrenū pondus deponere ne p̄ſſus pondere trahat̄ ad infima. nō eñ currere poteſt qui oneratus eſt. vnde naute in maris fluctibus ꝑturbati. dū ad portū ꝑuenire non poſſe metuunt. rebus onerati om̄ia ī mare ꝓijciūt. ꝓpter quod dꝛ Hebre. xij. Deponētes omne pondus et circūſtans nos peccatū curramus ad ꝓpoſitū nobis certamē aſpiciētes in auctorem fidei. Scd̄o bonus curſor nō ſolū debet eſſe exoneratus per terrenitatis depoſitōnem. ſed etiā ſuccinctꝯ per lumboꝝ reſtrictōnem. vñ. iij. Regū. xviij. dꝛ ꝙ manus dñi facta eſt ſuꝑ helyā accinctꝯ q̄ȝ lūbis currebat. Quid eñ eſt accinctis lumbis currere niſi carnis fluxum reſtringere Grego. Lumbos p̄cingimus cum carnis luxuriā ꝑ ꝯtinentiam coartamus. Tercō curſor debet eſſet acceleratus ꝑ obedientiā ꝓmptā. vñ ꝓpheta dicebat Viā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cū di. corm. Qui eñ ſic currit cito ad brauiū ꝑuenit. ꝓpter qd̄ dꝛ. j. Coꝝ. ix. Sic currite vt comp̄hendatis. Seq̄tur. ſed vnus accipit brauiū. q. d. om̄es currūt et ſinguli currunt. auari currūt. ſuꝑbi currūt. laſciui currunt. heretici currūt. iuſti currūt. ſed ad brauiū nō ꝑueniunt niſi iuſti qui ſunt caſtitate ſuccincti caritate vincti. ⁊ catholica fide cōiuncti. Nam qui vult ad brauiū ꝑuenire neceſſe eſt vt ſit vnū cū deo. vnū cum ꝓximo. et etiā vnū cum ſeipſo. ſed de vnitate require ſupra dñica īfra octauā epiphanie vbi eſt de iſta materia Chriſtus ergo ieſus q̄ exultauit vt gigas ad currendā viā. ipſe ſic det nobis currere vt poſſimꝯ ad ꝑatuꝫ brauium ꝑuenire Qd̄ nobis ꝛc̄.

¶ In eadem dñica Sermo. xxxvij.

Voca operarios ⁊ redde illis mercedē ſuā Mat. xx. Sicut habet̄ in ps. Uniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas et miſericordia maxime ꝯſiderat̄ in retributione q̄ quodāmō dependet ex noſtra oꝑatione. vñ in ꝟbo p̄miſſo tria ſm̄ hoc attendunt̄ Primū eſt dei vocantis liberalitas Secundū eſt homīs oꝑantis ſtrenuitas. Terciū ꝟo eſt mercedis impenſe ſublimitas. Notat̄ ergo largitas dei vocantis cū ait voca. notat̄ ſtrenuitas oꝑantis cū addit. oꝑarios. notatur tercio ſublimitas muneris cū adiungit. et redde illis merce. ſ. dic̄ ergo voca ꝛc̄. ¶ A Notandū ergo ꝙ dñs vocat ſ. ad fletū penitētie. ⁊ ab inicio mundi nō ceſſauit ad pn̄iam vocare. nunc ꝑ patriarchas. nū ꝑ ꝓphetas. ⁊ tandem etiā per ſeip̄m. vnde dic̄ Mathe. ix.

Curſor bonus [illegible] debet

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0104
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG